



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt nemo absens diiudicetur. xiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De illis qui conuicti fuerint aliquos ad falsum testi-
monium attraxisse. Cap. VIII.

Siquis conuictus fuerit aliquos ad falsum testimonium, *Ex cōcil.*
vel periurium attraxisse, aut per quamcunque cōfrū- *Aquis-*
pionē sollicitasse, ipse quidē vsq; ad exitū non cōmunicet. *gran. cap.*
9.

Vt res finita refricari non debeat. Cap. IX.

De his criminibus de quibus absolutus est accusatus, *Ex cōcil.*
refricari accusatio non potest. *Mogūti.*

De illis qui a suis iudicibus pulsati non fuerint. cap. 7.

Caput X.

Pulsatus ante suum iudicem causam dicat, & non ante *Ex decre.*
suum iudicem pulsatus, si voluerit taceat: & vt pul- *Euseby*
sato, quoties appellauerit, induciā dentur. *papa, ca.*

Vi nullus infamis religiosum Christianum accusare
possit. Caput XI.

Nulli infami & sacrilego de quocunq; negocio liceat *Ex decre.*
quādoq; aduersus religiosum Christianum, quamuis *Felix*
humilis, seruilisq; persona sit, testimonium dicere: nec de *papa, ca.*
qualibet re, actione, inscriptione, Christianum impetere. *7.*

De falso teste quod non debeat impunitus abire.

Caput XII.

Falsus testis, dicit Salomon, non erit impunitus. Qui *Ex dictis*
falsum testimonium profert contra proximum suum, *Augusti.*
extinguetur lucerna eius in die vltimo. Qui meru cuiusli-
bet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se pro-
uocat: quia magis timet hominem, quā Deum. Falsidicus
testis tribus personis est obnoxius. Prinū Deo, cuius prae-
sentiam contemnit. Deinde iudici, quem mentiendo fal-
lit: postremò innocētī, quem falso testimonio laedit. Si fal-
si testes separantur, mox mendaces inueniuntur, Vterque
reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit:
quia & ille prodesse nō vult, & iste nocere desiderat. Beat⁹
cuius testimoniū in conspectu Dei probabile inuenietur.

Vi nemo absens diiudicetur. Cap. XIII.

Ex episto.
Zepheri.

NE M O absens iudicetur: quia humanae & diuinae hoc *papa Si-*
prohibent leges. Nullum nanque eorum, id est, accu- *ciliēsbis*
satorum sententia non a suo iudice dicta constringat: quia *episcopis*
& seculi leges id ipsum fieri praecipunt. *missa.*